

Liber IV. Tractatus I. Caput II. Sectio I. §. I. & II.

Matrimonium nequit contractum fangi, de quo contrahendo nulla praesedit conventione: cum quia ratio gravis vetat, ne conjuges absque praeiis Sponsalibus indissolubile Matrimonium vinculum subeant, cum interea nonnunquam impedimenta manifestari possint, vel alia pateferi, qua Matrimonium futurum suspendant, aut omnino sufflaminent.

Verum praeponsterè & erroneè sentit Harprecht. Quod enim Matrimonium absque praeiis Sponsalibus validè contrahatur, aperè supponitur in cap. ex parte 9. cap. sicut ex literis 22. cap. si inter 31. b. i. l. quisitum 9. ff. ead. 25. cap. licet præter 3. de Sponsa dux. Ratio est: quia, si ipius & sponsa, absque alio tractati, mox consensum in Matrimonium explicit de presenti, contrahit utique Matrimonium, nec tamen præcedunt Sponsalia. Hoc autem contingere potest, & non raro continet, præfertim ubi ad prolem legitimandam concubinatus in extremo vita termino cum concubina Matrimonium de presenti contrahit. Similiter quando de facto mas & femi-

na propositum habent ineundi Matrimonium, idque ter in Ecclesia publicè denuntiatur. Matrimonium sine anterioribus Sponsalibus mox potest licet & valide contrahi: utpote cum penitus nihil ad illius honestatem & valorem deficit. Gobat *Theol. experiment. tr. 10. n. 8.* Magnif. D. P. König ad b. i. num. 6. Clariss. P. Wiestner *ibid. n. 9.*

Nec ullam vim continent argumenta contra. Nam alienum est à veritate, Matrimonium non posse cogitari contractum sine prævia conventione de illo contrahendo: si quidem emptio - venditio quoque, quam inter & Matrimonium affinitas intercedit non adeo remota, reputatur perfecta, tametsi nulla conventionis de illa celebranda fuerit præmissa. Impedimenta & incommoda, quibus avertendis aut detergendis Sponsalia sunt ad inventa, nec semper timenda sunt, nec ubi timenda, per sola Sponsalia præcisè removentur: cum etiam, solum Matrimonii propositor anteecedente, post illius denuntiationem, publicam quelibet obstatu vel impedimenta poliant innotescere.

CAPUT II.

De Personis, Sponsalia Contrahentibus.

Personæ, Sponsalia contrahentes, vel contrahunt nomine proprio, vel alieno. Quæ contrahunt nomine proprio, sunt Sponsus & Sponsa. Quæ contrahunt nomine alieno, vel sunt persona conjunctæ, puta parentes; vel non conjunctæ & proflus extraneæ, id est, procuratores. De omnibus hisce per 3. Sectiones agendum erit.

SECTIO I.

De Personis, nomine proprio Sponsalia contrahentibus.

SUMMARIUM.

1. & 2. In personis, Sponsalia contrahentibus, requiritur usus rationis. 3. & 4. Qui durant circa alia, & intelligunt, quid sint Sponsalia, reuelantur. 5. & seqq. Furius tempore lucidi intervallo non prohibentur, Sponsalia contrahere. 7. & 8. Non tamen perfide ebrii & dormientes, licet antecedenter se determinaverint ad Sponsalia. 9. & seqq. Infans non contrahunt. 12. Passio amoris vel iracundia regulariter non nocet. 13. In istis personis requiritur etiam integrus sensuum. 14. & seqq. Mutus, furdus, & cæcus simul, invalidus contrahibilis. 16.

Item cæcus & furdus simul. 17. Non autem cæcus & mutus. 18. & seqq. Nec cæcus tantum. 20. & seqq. Uli nec furdus & mutus. 24. & seqq. In memoratis personis requiritur etiam defectus impedimentum perpetui. 27. & seqq. Defenduntur sententia, quia docet, Sponsalia a personis impeditis posse contrahiri sub conditione, si Papa dispensaverit, supposito, quid impedimentum sit dispensabile. 32. & seqq. Proponitur, & solvitur prima objecțio. 34. & seqq. Proponitur, & solvitur altera objecțio. 37. Sponsalia, a personis impeditis absolute contrahita, non valent.

§. I.

Qualiter rationis usus in contrahentibus requiratur?

In personis, Sponsalia contrahere voluntibus, I. requiritur usus rationis, talis ac tantus, ut bonum à malo fecernere, & per deliberatum promissionem se obligare valeant per cap. dilectus 24. b. i. 1. furor 8. ff. ead.

Quoad

Qualiter integritas sensuum in Sponsalibus requiratur?

3. Quoad amentes tamen est advertendum, quod, licet circa unum aut alterum objectum delirent, ac putent v. g. se esse Cardinales, immortales, aut vitreos &c. Sponsalia recte contrahant, si modò intelligant naturam, contraclūs, & obligationem exinde resultantem. Rofignolo de *Sponsalib. disquisit. 1. §. 8. n. 9.* Clariss. P. Joannes Kugler in *Oportet. Theolog. p. 1. de Sponsalib. p. 1. §. 1. n. 5.* Cum enim intelligent, quid agant, & ut suppono cum Sanchez de *Matrim. lib. 1. disp. 8. num. 23.* per peccatum se possint obligare diabolo: cum non possint per contractum Sponsalitum hōmini se obligare?

4. Canon. *de Sponsalib. p. 1. §. 1. n. 5.* Quod enim intelligent, quid agant, & ut suppono cum Sanchez de *Matrim. lib. 1. disp. 8. num. 23.* per peccatum se possint obligare diabolo: cum non possint per contractum Sponsalitum hōmini se obligare?

5. Quod furiosos notatur communiter, Matrimonium, ab illis tempore lucidi intervalli contractum, valere, quemadmodum & alia negotia, tum inter vivos, tum in ultima voluntate ab ipsis gesta juxta s. præcepta 1. *Instit. Quib. non est permis. fac. testam. 1. quod meo 18. 6. §. 1. ff. de Acquir. vel amitt. possit.* Et licet in cap. negre furiosis 26. XXII. q. 7. simpliciter dicatur, quod neque furiosus neque furiosus Matrimonium contrahere possit, sed, si contrahetur fuerit, non separantur. Hoc tamen etenim intelligentum est, quod Matrimonium durante furore contrahiri non valeat; sin autem jam ante furorem sit contractum, postea separari non debet. Rofignolo de *Sponsalib. disquisit. 1. §. 5. n. 7. & 6.*

7. Quod dormientes & ebrios perfectè tales ab omnibus tenentur, neque tunc Sponsalia, ab ipsis contracta, valere, quando, priusquam iverunt cubitum, aut merò se ingurgitarent, haberunt formalem intentionem, cum Titia v. g. contrahendi Sponsalia, & postmodum in somno vel ebrietate Titia re, remittentur.

§. II.

Qualiter integritas sensuum in Sponsalibus requiratur?

13. In personis, Sponsalia contrahentibus, requiritur II. integritas sensuum, cum scilicet in finem, ut consensum animi per exteriora signa manifestare queant per cap. cim apud 23. b. i. Et id est Sponsalia non recte contrahunt, qui simul muti, furdi, & caci sunt: non enim possibile videtur, ut modò aliquod perceptibili consentium internum explicit. Rofignolo cit. disq. 1. §. 8. n. 5. Et hoc etiam obtinet in cæco, muto, & furdo ex accidenti post nativitatem: tamen enim talis noverit, quid sit Matrimonium, & cum qua persona illud contrahere velit: attamen voluntatem suam intelligibiliter declarare, & vicissim alterius mentem intelligere non poterit. Certe, ut bene discurret Samuel Stryck de *Jure spons. differt. 4. cap. 2. num. 13.* personam, Matrimonio jungendam, hic & nunc videre nequit, cum cæcus sit; multo minus illam intelligere, vel cum ea colloqui poterit, cum mutus & furdus sit: quis ergo ipsum interrogabit, an hæc placeat? Cui ipsi significabit, quod hanc uxorem desideret? 16. Idem dixerim de cæco, qui furdus quidem,

Matrimonium promiserunt. Nam intentione antecedens, cum actuali promissione caret, non habet vim constituti Sponsalia; promissio autem consequens, cum requisita deliberatione destituitur, ell prorsus invalida. Sanchez de *Matrim. lib. 1. disp. 8. num. 20.* Rofignolo cit. 1. §. 6. n. 3. *Wex de Sponsalib. p. 1. §. 3. n. 4.*

Nec obstat, quod dormientes validè recipiant Baptismum, in vigilia peritum ex cap. maiores 3. de *Baptismo in fin. ebrii vero mortali peccant, si homicidium, in sobrietate præviximus & intentum, in ebrietate committant.*

Ad prius enim Resp. in suscipiente Baptismum, cum sit patiens, & non agens, sufficere intentionem habitualem; non item in promittente Sponsalia, qui, velut agens principalis & minister, debet per actum deliberatum & humanum hic & nunc promissionem facere. Ad posteriori Reip. peccatum ex illi quilibet defecit, ad instar aliorum malorum, sicut etiam ex perverba voluntate peccandi pullulare; Sponsalia vero, ad instar alterius boni, non coniungere. nisi causa sit integra, & tempore Contractus deliberatio concurrat.

Sunt quidem aliqui, qui Sponsalia dicuntur invalida, que ex vehementi, amore, iracundia, melancholia, aut simili prædominante, passione contrahuntur. Sed, quia causa est rarissimus, ut ejusmodi passio superaret vel auferat omnem rationis usum, ad Sponsalia requiritur, non trans in regulam, sed exceptione deserbit. König ad b. i. n. 3. & seq. Wiestner *ibid. n. 14.* ac novissimum Clariss. P. Schmalzgrueber n. 21. & seqq.

in

A 3

in cap. cum apud 23. b.r. utrum aliqui possint matrimonialiter copulari? Taliter respondit: *cum probibitorum si editum de Matrimonio contrahendo, ut, quicunque non prohibetur, per consequens admittatur, & sufficiat ad Matrimonium solum confessus illorum, de quorum quanunque coniunctionibus agitur: videtur, quid, si talis velis contrahere, sibi non possit vel debet denegari: cum, quod verbi non possit, significat declarare.*

Ex quo colligitur, Sponfalia non tantum surdis & mutis disjunctive, sed etiam copulativa mente percepere, & sua sensa de promovere, quam aliis, cui vinculum lingue & aurium deficit.

§. III.

Qualiter impedimenti carentia requiratur in Sponsalibus?

24. In personis, Sponfalia contrahentibus, requiritur III. carentia impedimenti perpetui, tam dirimentis, quam impeditis. Nam cum impedimento dirimenter Matrimonium confitente nequit; adeoque nec Sponfalia, que tendunt ad Matrimonium, confitentes possunt. Cum impedimento impedito vero Matrimonium quidem de facto contractum valet; Sponfalia tamen propter eius invalida: quia coniunctum habent promissione rei illicitae, que sine mortali peccato servari non potest: promissione autem illicitae rei non tantum illicitam, sed etiam invalidam esse, dicimus ex cap. ult. de Pact.

26. Dixi: *impedimenti perpetui.* Nam qui votum castitatis simplici & temporaneo est obstatu, tempore durantis voti licite & validè contrahit Sponfalia, corum effectu in tempus cessantis voti suspensi: obligatio liquidem, licet tempore inhabilit contrahatur, valet, si illius effectus & execuio suspendatur in tempore habile arg. l. non solet 10. in pr. ff. de his, qui non infam.

27. Hic autem controversia non levius momenti configurit: utrum a personis impeditis Sponfalia possint contrahi sub conditione: si Pontifex aut Episcopus in impedimento dispensaverit; eo effectu, ut, antequam de dispensationis concessionem notitiam haberint, resiliere non possint? Negativam amplectentur Hostiensis, Joannes Andreas, Anchornus, Panormitanus, ad cap. super eo 5. de Condit. appos. n. 8. Sylvester, Navarrus, Cardinalis de Luca, & plures ab Authoribus, mox sequentibus, citati. Affirmativam econtra tuentur Gobat Theolog. experim. tract. 10. num. 161. Englad sit. de Cond. appos. n. 16. Pirhing ibid. n. 27. Wiesfner ibid. n. 33. Reiffenstuel ibid. n. 21. König ad h.t. n. 17. Wex sit. opus. de Sponf. p. 2. contr. 3. per 10. Kugler sit. opus. de Sponf. p. 2. q. 5. n. 54. Supposito, quod impedimentum sit tale, ut S. Pontifex vel Episcopus possit & soleat dispensare. Ratio affirmativa & nostra sententia est: partim quia Sponfalia, sub tali conditione inita, habent pro suo objecto Matrimonium possibile, licitum, & honestum; cum utique Matrimonium, a personis impeditis cum dispensatione

concepta, fuit tamen non cum disjunctione surdus vel mutus, sed cum conjunctione surdus & mutus propofita. Responso quoque, 22 a Pontifice subiuncta, sonat in numero singulari: eique quam optimè concordat ratio, quod etiam surdus & mutus, copulativa talis, signis valeat declarare, quod verbis non potest. Ipsemet ego hominem novi, qui, 23 licet fuerit surdus & mutus a natura, per signa tamen tam accurate potuit & aliorum mente percepere, & sua sensa de promovere, quam aliis, cui vinculum lingue & aurium deficit.

Utrum & quomodo parentes pro liberis Sponfalia contrahere valeant? 7

3 Greputanda pro impossibili. Accedit, quod in cit. texib. agatur de stipulatione, tanquam contractu stricti juris; ubi proinde nulla consurgit obligatio, licet res sacra vel liber homo sub conditione promitteretur: cum, existente conditione, non amplius censetur esse res eadem, sed diversa. At contractus Sponfalitys est bona fide ex cap. 1. num. 17. nec, soluto per dispensationem impedimento, persona mutatur, sed eadem manet. Ergo &c.

SECTIO II.

De Parenibus, & aliis, liberorum nomine Sponfalia contrahentibus.

SUMMARIUM.

38. Parentes pro liberis Sponfalia contrahent absque mandato. 39. Utrinque satis. 40. Ad finis distinctione liberorum. 41. & seqq. Sitamen liberi disponentes, nulla oris obligatio. 45. & seqq. Solvitur textus in cap. 1. de Sponf. impab. 47. & seqq. Disparitur, quod liberi regulariter teneantur petere consilium a parentibus, non autem sequi. 72. & seqq. Exponitur, quod ista petatio non sit frustrata. 74. & seqq. Non debet hoc Juris dispositio extendi ad propinquos, iuniores, vel curatores.

§. I.

Utrum & quomodo parentes pro liberis Sponfalia contrahere valeant?

38. Nominis alieno Sponfalia contrahunt parentes pro liberis absque illorum mandato: cum enim parentes optimum consilium pro liberis capere praefumantur, concessa est illis a Jure potestis, nomine liberorum sine mandato contrahendi Sponfalia per cap. 1. nos 1. de Sponf. impab. cap. un. 8. porro ead. in 6.

39. Dixi: parentes; nec distinxii inter patrem & matrem: cum neque cit. cap. un. 8. porro distinguat; neque ratio aquiliter distinguere sinat: eo quod affectus teneritudo perinde vel magis in matre, quam patre, reperiatur. Sanchez de Matrim. lib. 1. disp. 23. num. 9. P. Engel ad cit. sit. de Desponf. impab. 8. 2. n. 4. Passerius ad cit. cap. & n. 24.

40. Dixi præterea: pro liberis; nec feci discrimen inter legitimos & illegitimos, suos & emancipatos: liquidem in cit. cap. un. 8. non fit discrimen; potiorque videtur hic esse confederatio naturalis, quam civilis, ex quo parentum amor in liberos etiam illegitimos & emancipatos ingens esse praefumatur. Sanchez d. l. n. 10. & 11. Gutierrez de Matrim. cap. 13. n. 7. P. Engel d. 1.

41. Interim, si liberi tacite vel expresse non contentiantur in Sponfalia, a parentibus ipsorum nomine contracta, nulla laboritur obligatio. Nam in cap. un. XXX. q. 2. ubi non est confessus viriusque, inquit Nicolaus Papa, non est conjugium. Ergo qui parentes duas pueras in casubus, & e converso, nihil faciunt, nisi uerque puerorum, postquam veneris ad annos discretionis,

aliorum responsionibus, quas pandit Gonzalez ad cit. cap. un. 6. Rep. per h. debet in hoc textu non intelligi debitum præcisus necessitatibus, sed honestatis & decencia, quod nempe filius sit obligatus ad implenda Sponfalia, cura & sollicitudine parentum contracta, si jam aliunde ad statum conjugalem (e) determinaverit, ac rationabilem dissentendi causam non habuerit; fecus, si vel status conjugalis ei displiceat, vel rationabilem dissentiendo causam obtendat.

Queritur autem I. statim valeant Sponfalia, quæ parentes contrahunt pro liberis parentibus & tacitibus, absque speciali consensu liberorum? Ratio affirmandi desumitur

mitur partim ex sepe cit. cap. nn. §. porro de Desponsat. impub. in 6. ubi decifum extat, obligationem oriri ex consensu tacito, si liberi presentes snerint, nec contradixerint; partim ex cap. 43. de R. F. in 6. ibi: qui tacet, confidere vi. 48. dicitur. Ratio negandi eruit ex eo, quod Sponfalia requirant consensum, non qualcumque, sed verum & naturalem: atq[ue] consensu, ex sola presencia & taciturnitate eliciti, non est vera & naturalis, sed presumptus duntaxat: potest enim contingere, ut liberi interne dissentiant, nec audent ex mente reverentia parentibus in faciem contraria dicere; potest etiam accidere, ut liberi quidem consentiant, promissionem sibi factam, acceptando, sed absque reprobatione: nam juxta cap. 44. d. t. in 6. is, qui tacet, non fatur, sed nec unius negare videtur.

50. Utiquis ratione aliquid defendum, & ita respondendum existimo, ut ex taciturnitate liberorum praesentium consensu quidem a Jure presumatur per dicta in n. 47. Is tamen ad Sponfalia non sufficiat, si liberi revera in animo dissentiant juxta tradita in num. 48. & 51. q. Poteritque talis dissensus per conjecturas & presumptions alias, aut in earum defectu per juramentum, probari. Ita quadam substantiam docent Sanchez d. lib. 1. disp. 22. per tor.

§. II.

Debetantur liberi, priusquam Sponfalia contrahant, parentum requirere consensum?

55. **S**i consulamus SS. Canones, & eorum Interdictos, omnino certum est, consensum parentum ad substantiam & valorem Sponfalia non haud requiri. Constat tum ex cap. sufficit 2. XXVII. q. 2. ubi ex decisione Nicolai Pontificis sufficit secundum Leges solus coram consensus, de quorum coniunctionibus agitur; tum ex cap. venientia 13. b. t. ubi Sponfalia supponuntur valida, dummodo sponsus & sponsa, reclamantibus etiam parentibus, consentientiant; tum ex Concilio Tridentino, cap. 24. de Reform. Matrim. cap. 1. ubi, cum Matrimonio liberorum, absque consensu parentum contracta, pronuntiantur valida, per consequens etiam 58. Sponfalia debet validam pronuntiari: sunt enim inchoative ipsum Matrimonium, & pertinent ad electionem statutis de le perpetui, in qua liberi non dependent ex voluntate parentum, sed obligationem, quam subeunt, proprii voluntate contrahere debent. cap. cùm virum 12. de Regularib. Engel ad tit. de Desponsat. impub. §. 2. n. 10. Pirhing ad h. n. 47. König ad eund. tit. n. 47. Kugler de Sponfalia. p. 1. queat. 9.

59. Dixi: si consulamus SS. Canones. Aliud siquidem dispositio Iuris Civilis, nec tantum ad valorem Matrimonii postulavit voluntatem parentum in l. nuptia 2. ff. de R. N. sed etiam ad valorem Sponfalia in l. in sponfaliis 7. 60. §. 1. ff. b. t. Cui tamen dispositio in praefenti materia, que spectat ad forum Ecclesiasticum, non licet insister, sed potius deci-

n. 5. Passerin. cit. l. n. 22. Boffius de Matrim. cap. 3. §. 38. n. 156. König ad h. t. n. 19.

Queritur II. valeantne Sponfalia ex folia 53. liberorum taciturnitate, quando in ipsorum absentia vel ignorantia a parentibus sunt contracta, & postmodum illis notificata?

Affirmant Ancharanus, Sotus, & alii, quos referunt Sanchez d. l. n. 15. & Passerin. d. l. n. 29. Sed contra manifestam Juris decisio- nionem in sepe d. cap. nn. §. porro de Desponsat. impub. in 6. ubi Pontifex in casu, quo liberi tempore Sponfalia absentes & ignorantes sunt, tunc obligationem nasci, decrevit, si liberi eadem Sponfalia po[ss]e scientes ratificaverint tacitum vel expresse. Ergo ad talia Sponfalia, quatenus etiam agitur de sola Juris presumptione, sola taciturnitas non sufficit, sed insuper ratificatio, tacita vel expressa, requiriatur. Ita prater Authores citatos Gutierrez de Matrim. cap. 13. n. 11. König cit. l. n. 20. Censemur autem ratificatio tacita, quando 4 filius v. g. post acquisitionem notitiam de Sponfalia, sponsa, & parentibus electa, mittit annulum, arham, aut alia munera, quae in simili circumstantia declarant, ea, quae antecedenter ipsorum nomine ab aliis sunt gesta, rata & grata haberi. Sanchez d. l. 1. disp. 22. per tor.

An consilium aut consensus propinquorum, vel tutorum &c.

na per cap. is qui 4. & cap. Christiano 5. Diff. 34. 64. Dum igitur in recitatis locis Matrimonium, sine parentum consensu nominatur illegitimum, sensus non est, quod invalidum, sed tantum, quod infelone sit, careaque solennitatibus, a Lege definitis, nec non quibusdam effectibus, Matrimonium per accidens consequentibus. Quod autem talia Matrimonia in d. cap. alter 1. & ita per alia nuncupantur adulteria &c. non dicuntur absoluta, sed limitata, nisi voluntas propria suffragaverit, id est, nisi in defectu solennitatis accesserit consensus maris & scemini, quatenus de Ju-

66. re Naturali desideratur ad conjugium: tunc enim conjugium valere supponitur in cit. cap. & cap. nostrar[um] 1. ubi indicatur, non esse pecuniarum, si memorare solennitates non adhibeantur: eò quod possit fit in arbitrio parentum, velinitne celebrare Matrimonium solle[n]t vel in sole[ne]m, modo jam explicato.

67. Indagandum restat: an liberi ictem teneantur requirere consensum aut consilium parentum, & sequi? Libi

Ref. I. liberis incumbere, ut consilium parentum requirant, prout colliguntur ex cap. quodlib. 4. XXX. q. 5. cap. honorariorum 13. XXXII. 68. q. 2. Ratio est: tum quia in re tam ardua liberantur imprudente, quando parentum negligunt consilium: tum quia sepiissime parentum intercessit, rescribere, an, & cum qua persona liberi Matrimonium intendant contrahere, Covarruv. in 4. Decret. p. 2. de Sponfalia. cap. 3. §. 8. num. 1. Sanchez de Matrim. lib. 4. disp. 23. n. 10. Boffius de Matrim. cap. II. §. 8. 69. n. 81. Excipitur solummodo casus, quod filius v. g. prudenter providet, Sponfalia, cum persona cateroquin honesta celebranda, ma-

litiosis impedienda fore, si pater consulatur, forte quod ipse ex inordinata passione vel nimis aversetur illam personam, vel nimis diligat aliam. P. Reiffenstuel ad h. t. n. 26.

Ref. II. liberos non obligari, ut consilium parentum sequantur, veluti post alios adiutant Covarruv. d. l. n. 5. Sanchez d. num. 10. Boffius d. l. num. 83. P. Kramer ad h. t. n. 149. P. Reiffenstuel cit. l. n. 25. Ratio est: quia, ut dictum in n. 58. liberi in electione statutus non dependent ab arbitrio parentum, sed sponte possunt eligere, quod possit tenetur perpetuo servare. Excipitur denique causus, quod liberi per Matrimonium, parentibus invicem contrahendum, grave scandalum, iniuriam inter propinquos & amicos, aut probrum familiae concilient. Sanchez d. disp. 23. num. 11.

Cum autem liberos, inquis, obligamus, ad expetendum regulariter parentum consilium, non tam ad sequendum obtrinimus? Ideo, inquam: quia, dum consilium experimentatur, sperandum est, a parentibus omnia candida manifestanda fore, quae liberis, ob causam amoris impetum non omni semper proficiuntibus, in illo negotio prodesse vel obesse valent; licet necessitas, consilium exequendi, propter libertatem in electione statutus non imponatur. Sic enim Prelatos Eccl[esiast]icis dicimus obstrictos, ut Capituli sui consilium in rebus arduis exposcent, quin sequendi necessitatem illis injungamus: consilium enim expertere, semper consentaneum & proficuum ceneretur, dum iuxta monitum Sapientis, qui facit omnia cum consilio, post factum non ponitebit. P. Reiffenstuel d. num. 26.

§. III.

An consilium aut consensus propinquorum, vel tutorum &c. quidquam in Sponfaliis operetur?

74. Quid haec tenus de consilio vel consensu parentum, ad Sponfalia liberorum adhibendos, differunt, extendunt non pauci ad propinquos, tutores, vel curatores, adeo ut ipsi pro suis propinquis, pupilli, aut minorenibus recte Sponfalia sine mandato contrahant, eaque, si accedat consensu expressus acutus, impleri debeant. Ita Glosa, Richardus, Victoria, Ledesma, Hostiensis & alii, quos citant Sanchez de Matrim. lib. 1. disp. 23. n. 6. & Gutierrez de Matrim. cap. 1. 75. num. 2. & 2. seqq.

Sed communis inter Theologos & Iurisperitos conclusum habetur, foliis parentibus facultatem, pro liberis contrahendi Sponfalia, concessam esse; & consequenter, si propinquos alios pro propinquo, vel tutor pro pupillo, scientie, & taceante, contrahat Sponfalia, illi non esse obligatoria, nec vere nec presumptiva. Ita Sanchez d. l. n. 7. Gutierrez n. 2. Covarruv. in 4.

SECTIO III.

De Procuratoribus, Sponsalia contrahentibus.

SUMMARI A.

78. *Procuratores contrahunt Sponsalia cum mandato.* 79. & seqq. *Quod debet esse speciale, nec sufficit generale cum libera.* 81. *Debet etiam ab ipso procuratore executioni mandari.* 82. & seqq. *Etiam feminam potest agere procuratores.* 84. *Mandatum quovis modo explicari valet.* 85. & seqq. *Quando mandatum revocatur, procurator invalidè procedit, esto revocationem*

ignoret. 88. & seqq. *Esto etiam revocatio tacita.* 90. *Mere interna.* 91. & seqq. *Anc per juramentum exclusa.* 93. & seqq. *Quando principali tempore Sponsalia est eboris aut dormiens, procurator validè contrahit.* 95. & seqq. *Quando est amens, aliqui contrarium defendunt.* 98. & seqq. *Verum & hic eadē doctrina probatur.* 100. & seqq. *Contra argumenta refutantur.*

S. I.

Quale mandatum in procuratore ad Sponsalia requiratur?

78 *Ex præcedentibus liquet, Sponsalia non tenere, si ab aliis, quam parentibus, liberorum nomine citra mandatum contrahantur. Itaque si alius contrahere velit, id procuratori nomine faciat, & mandato sit 79 instruētus, necessum est.* Nec sufficit, si mandatum habeat generale, quantumvis plenum & liberum, sed requiritur mandatum speciale de Sponsalibus, & quidem cum certa ex individuali persona contrahendis, prout delimitur ex cap. ult. de Procurator. in 6. ubi, cùm ita disponatur de procuratore, Matrimonium contrahente, non potest aliud dispositum censeri de procuratore, Sponsalia contrahente. Sanchez de Marinosio lib. 2. cap. 11. n. 3. in f. Ratio est: quia potestate plena & libera, quam habet procurator circa res externas & temporales, non ducitur bonum argumentum ad poteſtatem obligandi personam, corpus, & animum ad individuali vite confutudinem, deinceps inducendam.

81 *Præterea non sufficit, si procurator mandatum per alium exequatur, sed, nisi facultatem substituendi expreſſe accepit, tene-*

tur illud per se ipsum exequi per cit. cap. ult., quia censetur electa persone indultria. Sanchez d. l. n. 5. in f. Passerin. ad d. cap. n. 16. Quis autem procurator constituitur, mas 82 aut feminam, nihil interest: nam, etiamsi Sponsalia, à principali persone contrahebantur, desiderent virum & foemnam; si tamen contrahantur à procuratore, is potest esse foemina vel masculus; quin & duas foeminas vel duo masculi ex parte utriusque persone principalis intervenire possunt. Sanchez d. l. n. 15. Boffius de Marim. cap. 3. 555. num. 277. Nec enim ex parte procura- 83 toris requiritur, ut ille sit capax juris, per suum ministerium acquirendi, sed tantum desideratur, ut ipse principalis, cuius ministrum agit, capaciterem illam habeat.

Similiter, utrum principali mandatum 84 siuorem expliceret, aut literis confignet, non refert: sicut enim mandatum ad alia negotia solum censuſum perficiunt, sic etiam mandatum ad Sponsalia per textum in 1. obliquatio 1. in princ. §. 1. & 2. f. Mand. l. ult. ff. b. r. Boffius d. l. §. 56. n. 279. Passerin. ad cit. cap. ult. num. 11.

S. II.

Positum procurator, ad Sponsalia constitutus, adhuc procedere, quando mandatum est revocatum?

85 *R Espousio est absolute negativa, per argumentum à Matrimonio peticum ex cit. cap. ult. de Procurat. in 6. Idque verum est. I tametsi nec procurator, nec pars altera, quam Sponsalia contrahuntur, revocationis 86 notitiam habuerit per cit. cap. ult.* Alter atque in contractibus & actibus aliis, in quibus procurator tamduo procedit validè, quamduo mandati revocationem ignorat. Clem. un. de Renunti. l. si mandatis 15. f. Man-

87 dat. Ratio discriminis est: quia in contractibus & actibus aliis potest Jus humanum suppleri voluntatem contrahentis, non autem in Sponsalibus, ad quorum valorem in foro conscientiae non sufficit aliud consensus, quam verus & naturalis. Sanchez cit. l. n. 6.

88 *Verum est II. si revocatio acciderit ex preſa voluntate, sive tacita, que eruit ex*

facto: nam, si constitutus jam primo procuratore, post intervallum constitutus secundus cum novo mandato ad contrahendum cum alia, primum mandatum tacite revocatum & cassatum intelligitur arg. l. si quis 31. §. ult. ff. de Procurat. & l. ult. §. ult. ff. de Divor. Nam & huius eadem est virtus taciti & expelli, 89 nec verbis tantum, sed etiam factis, & quidem potentissim, voluntas demonstratur arg. l. statamen 48. §. 3. ff. de Adilit. ed. 1 reprehendenda 5. Cod. de Instituti. & substituti. Covarruv. in 4. Decreto de Sponsal. p. 2. cap. 4. init. num. 14. Sanchez d. l. num. 10.

Verum est III. tametsi revocatio fuerit me-90 rē interna: censensus enim perinde deficit, qualisunque fuerit revocatio, interna vel externa per cit. cap. ult. Licet, quoad forū externum, non præsumatur interna revoca-

Positum procuratorum validè Sponsalia contrahere pro eotempore, &c. 11

revocatio, sed probari debet. Sanchez d. l. n. 9. in f. n. 2. Nam, 92

